Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

nec labores continens: sed requiem. Est enim absque operatione legali: dans requiem per baptismum per quem facile sine labore salutem consequimur. Filii autem nuptiarum sive sponsi sunt apostoli: qui ipsius dei gratia digni facti omni bono celesti ac omni delectatione participes. Crisostomus Communicationem quam suam omnis sanguinis dicit esse alienam cum videt. Quanto tempore habent secum sponsum non possunt ieiunare. Ille enim tristatur cui presens bonum non habet. qui vero in presenti accipit: gaudet et non tristatur. Ut autem illorum elationem destruet et ostenderet quod non ad lasciviam propter discipulos conservabatur: subiungit: Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus et tunc ieiunabunt in illis diebus. Quasi dicat tempus erit ut et suam virtutem demonstrent. Quando enim subtrahetur ab eis sponsus: ieiunabunt eius affectantes adventum. ut per hoc illi coniungantur per corporales angustias emundatos. Ostendit etiam quod nulla necessitas est ut sui discipuli ieiunent sicut et illi qui sponsum habeant nature qui ubique presidet verbis dei et qui tribuunt semen vite secum habeant presentem. filii et sponsi qui infantes sunt non possunt per totum conformari patri et sponso. cum eorum infantiam consideras dignatur eos tunc non ieiunare. recedente autem sponso: propter desiderium ieiunabunt. sed cum perfecti fuerint et sponso coniungentur in nuptiis regalem semper comedent cenam. Theophilus Intelligendum est autem et hic quod omnis homo cum habet operatorem est sponsi filius et sponsum secum habet scilicet christum et non ieiunant. id est opera penitentie non ostendit. quia non peccat. Quando vero aufertur sponsus labitur in peccatum latente: tunc ieiunat et penitet ut curet delictum. Beda Mistico autem sensu potest ita exponi. quod discipuli iohannis et pharisei ieiunant. quia omnis qui de operibus legis sine fide gloriatur et qui traditiones sequitur hominum. ut preconium christi aure corporis non fide cordis percipit. spiritualibus abstinens bonis ieiunio corde tabescit. Qui vero christi membris fideli incorporatur amore: non potest ieiunare quia carne ipsius epulatur et sanguine. Sequitur. Nemo assumentum panni rudis id est novi etc. Crisostomus Quasi dicat quia huius novi testamenti predicatores existunt legibus eos servire veteribus possibile non est. Vocat autem congrue veteres sequentes consuetudines mosaica ieiunia observantes. Isti vero novas ac mirabiles observationes traditi hominibus: veteres observare non est necesse. sed esse mentibus virtuosos. Aliquando vero tempore ieiunium cum ceteris virtutibus observabunt. Sed hoc ieiunium differt a ieiunio legis. quia illud erat ex necessitate. hoc est voluntate. propter fervorem spiritus non dum sunt … pacies. Unde sequitur. Et nemo mittit vinum novum etc. Beda Discipulos enim veteribus comparat utribus. quos vino novo id est spiritualibus preceptis facilius disrumpi quam posse continere dicit. Erunt autem utres novi: cum post ascensum domini desiderio consolationis eius innovabuntur: et tunc novum vinum novis utribus advenit. hoc est spiritus sancti fervor spiritualium corda replevit. Doctori etiam cavendum est ne anime in vetustate malitie perdurantis novorum misteriorum secreta committat. Theophilus Vel aliter. Discipuli veteribus vestimentis assimilati sunt propter eorum mentis infirmitatem. quibus non erat congruum imponere statutum grave ieiunii. Beda Quod est aliquando particula doctrine que ad nove vite temperantiam pertinet. quod generale docet ieiunium ab omni letitia temporalium delectationum. quod si fiat: et doctrina scindit: et non convenit vetustati. Vestimento autem novo bona opera que foris agimus insinuantur. Vino autem novo: fervor fidei spei et caritatis. quo intus reformamur exprimitur. Crisostomus

Et factum est iterum cum sabbatis ambularet per sata et discipuli eius ceperunt progredi et vellere spicas. Pharisei autem dicebant

Liberati a figuris veritati uniti christi discipuli: figurale sabbati festum non servabant. Unde dicitur. Et factum est iterum cum sab. am. per sata. et disci. ceperunt progredi et vel. spicas. Beda Legimus enim in sequentibus: quod erant qui veniebant et redibant multi: et nec manducandi quidem spacium habebant: et ideo quasi homines esuriebant.